

nibus debere servari nec superduci aut introduci aliquid, quod aut auctoritatem non habeat aut aliunde accipere videatur exemplum<sup>a</sup>. Et Leo ad Pulcheriam Augustam dicit<sup>1</sup>: Contra statuta canonum paternorum, quae ante longissimae aetatis annos in urbe Nichea spiritualibus sunt fundata decretis, nihil cuiquam audere conceditur, ita ut, si quis diversum aliquid decernere velit, se potius minuat quam illa corrumpat. Quae si<sup>b</sup>, ut<sup>b</sup> oportet, a cunctis pontificibus intemerata servantur, per universas ecclesias tranquilla erit pax et firma concordia. Nullae de \*mensura honorum dissensiones, nullae de ordinationibus \*f. 93. lites, nullae de privilegiis ambiguitates, nulla erunt de alieni usurpatione certamina<sup>c</sup>.

## II.

*Cod. Bruxellensis reg. 2606*  
(früher 5413/22) fol. 34 — 41'.

1. Denique quod quidam dicunt, quoniam Rothadus post depositionem suam libellos proclamationis ad quosdam episcopos provinciae Remorum [vi]cinos<sup>d</sup> direxerit proclamans se iniuste fuisse dampnatum, q[uod a] quibusdam eorum sine auctoritate Romani pontificis pro eo valeat synodus renovari: hoc qualiter ratione careat et auctoritate, quilibet vel tenuis scientiae homo, qui sacros canones legit, manifeste cognoscit. Unde, ut pauca de pluribus hic ponamus, Nichenum dicit concilium<sup>2</sup>: Similiter ut apud Alexandriam et apud Anthiochiam per caeteras provincias suis privilegia servantur ecclesiis, quia et urbis Romae episcopo p[ar]tilis mos est. Et Constantinopolitana synodus dicit<sup>3</sup>, ut illa, quae sunt per unamquamque provinciam, ipsius provinciae synodus dispenset, sicut Nicheno constat decretum esse concilio. Et Bonifacius papa ad Hilarium Narbonensem episcopum decrevit dicens<sup>4</sup>: Advertat caritas tua adeo nos canonum praecepta servare, ut ita constitu[t]io quoque nostra diffiniat, quatenus metropolitanis sui \*unaquaeque provincia in omnibus \*f. 84'. rebus ordinationem semper expectet. Nulli<sup>5</sup> etenim videtur incognita

<sup>a</sup>) exemplum.

<sup>b</sup>) Zwischen si und ut 1 Buchst. rad., wohl c.

<sup>c</sup>) Rest des Blattes abgeschnitten. S. oben S. 44.

<sup>d</sup>) Hier und im folgenden das Eingeklammerte nicht mehr erkennbar.

<sup>1</sup>) MIGNE 54, 999 (J-K. 482). <sup>2</sup>) MIGNE 67, 148 c. 6. <sup>3</sup>) MIGNE 67, 171 c. 164. <sup>4</sup>) MIGNE 67, 268 c. 4; HINSCHIUS S. 556 (J-K. 362).

<sup>5</sup>) A. u. O. vorher.